

ri, ille autem odio habitus erat? Quoniam quidem hic malus, ille autem bonus erat; quamquam illis nondum natis, alter quidem honorabatur, alter autem condemnabatur; adhuc enim nati cum non essent, dixerat Deus: Major serviet minori. Cur igitur hoc dixit Deus? Quid non expectat, quemadmodum homo, à rerum exitu videre, quisnam bonus sit, quisnam item non talis; sed etiam antea novit, quisnam malus, & quis non talis. Deus unus est, qui dignos noverit (y); hominum autem nemo, ut etiam valde nosse videantur. Qui cognitionis arcana solus novit, is aperte novit quinam digni sunt, qui coronas reportent, qui rursus panam aut supplicium mereantur. Hoc igitur (z) præscientia est, ab ipsorum partu electionem facere; à primo enim die bonum, & cum item qui talis non est, & novit, & pronunciat. Quam multi Matthæo meliores esse videbantur, ab apparenti operum argumento? Verum qui arcana novit, is & in cæno Margaritam jacentem novit. Non operum probationem (pag. 232.) quarit solum Deus, sed voluntatis nobilitatem, ac probam gratamque mentem.

y Pag. 235.

z Pag. 236.

a Idem in Rom. 9. p. 239. 240. 241.

b Idem p. 245.

c Chrysol. in Rom. 8. p. 213.

d Hom. 80. in Mat. 25. p. 837.

tum; quam scilicet præscientiam experimento operum nostrorum confirmat, veritus, ne præscientia sua virtutum nostrarum causa reputetur. Eadem confirmat Apostolus ingesto Jacob & Esau exemplo; eorum enim futura merita Deus longè antequam nascerentur, prænoscent, alterum alteri subiecit.

Scribens autem in Epistolam ad Ephesios (e), docet. Si homines eligentes, que sunt optima & pulcherrima eligunt, multo magis Deus. Electos quoque esse, est & Dei benignitatis & clementia, & ipsorum virtutis indicium; probatos enim elegit. Et post modica: Non sit (prædestinatio) à laboribus (nostris), sed à charitate (Dei); neque à charitate solum, sed à nostræ virtute. Nam si à charitate sola, oporteret nos esse salvos. Si autem rursus à nostra sola virtute, supervacaneus fuisset ejus adventus, & quæcumque facta sunt per dispensationem. Sed neque solâ charitate, neque nostrâ virtute, sed ex utrisque. Et in Psal. 134. observat, Deum, cum è medio gentium populum Judæorum discerneret, non infrequentem eorum numerum, sed altum virtutis gradum, ad quem elevare illos meditabatur, spectasse. Magis enim futurum ut consiliis suis serviret populus Hebræorum, prænoverat, quam gentes aliæ & numero hominum, & divitiis florentiores.

Laudantur alia S. Chrysolomi loca (f), quibus favere visus est gratuita prædestinationi; sed hæc à nonnullis Theologis referuntur ad prædestinationem ad gratiam, & vocationem ad fidem, quæ sanè beneficia esse gratuita, quis neget. In eandem sententiam concesserant post S. Chrysolomum cæteri deinde Græci Patres; quare supervacaneum reputamus integra referre Theodoret, Theophylacti, Oecumenii, & aliorum testimonia, quos maxime novimus fidos S. Doctoris sectatores. Quod autem extra controversiam positum est, illud reputandum, nimirum S. Chrysolomum in hoc argumenti genere, sicut & in cæteris, nihil nisi Orthodoxum sentire: si quæ verò minus correctæ scribenti exciderant, hæc idè excusanda, quod castigatum nullum sermonem Ecclesia adhuc præscripserat; neque Pelagiana adhuc hæresis emergerat, quæ Ecclesiasticos Doctores in loquendo cautiore aduersus ejus errores redderet. S. Augustinus (g) pro sua sententia sæpiùs S. illum Doctorem laudavit, veluti suarum partium vindicem adducens in disputationibus de prædestinatione & gratiâ adversus Pelagium. Semper ac de conciliatione Ecclesiæ Græcæ cum Latina tractatum est, magna fuit animorum hæc de re consensus; in re enim conveniebat utrinque, quamquam loquendi phrasibus à Latinis diversis Græci uterentur. Minus exactè præ Latinis Græci locuti videntur, quod Pelagiana hæresis, occidentis maxime plagas infestans, Doctores nostros cautiore doctioresque effecerit.

g August. l. 1. c. 2. contra Julian. & l. 2. c. ult. & l. 4. c. 3. &c.

Non ita tamen reputandum est, quasi nihil prorsus de nostris disputationibus apud Græcos nesciretur. Norant enim ætate Photii (h) Scripta S. Augustini, Cælestini Pa-

e Chrysol. hom. 1. in Ephes. 1. ver. 5.

f Hom. 2. in Epist. ad Ephes. 1. 11. hom. 7. in 1. Cor. 2. pag. 63. hom. 2. in 2. Timoth. 1. pag. 545. In Ps. 5. pag. 40. hom. 4. in Theophylacti. 2. pag. 386. &c. hom. 28. pag. 358. hom. 20. in Galat. 5. pag. 1036.

h Photius Cœl. 34. Bibl. Pa.

Papæ, S. Prosperi Libros de gratia adversus Pelagianos & Semipelagianos damnabant veluti Hæreticos, quos censurâ inulserant Concilia Africana, & SS. Augustinus & Prosper scriptis suis refutarunt. Jam inde à pluribus sæculis (i) doctrinam plerumque sequuntur S. Joannes Damasceni de prædestinatione & gratia, quemadmodum Gennadius in suis Lucubrationibus de prædestinatione & providentiâ testatur. Docet autem S. Joannes Damascenus, de Fide orthodoxa, lib. 4. cap. 19. (k), prædestinationis & reprobationis decreta causam habere constitutam bonas malæque hominum voluntates; quod reverè est ac si Deus pro merito singulorum penas decerneret, vel premia. Deus antecedente, quam vocant, voluntate salutem omnibus hominibus impertiri maxime cupit, quemadmodum idem S. Doctor (l) observat; sed voluntate suâ consequente supplicii in impios animadvertere intendit. Porro consequenti voluntati duo proposita sunt, prædestinatio nempe & reprobatio; prædestinatione in salutem perducimur, juxta constitutas providentiæ Divinæ leges, interioribus scilicet gratis & institutionibus; reprobatio verò iusta nobis supplicia illa decernit, quæ in nostrum caput criminibus admittis, prævisis à Deo & permittis, provocamus; cave tamen, ait ille, Deum sive causam, sive auctorem, sive approbatorem tantum eorum criminum reputes.

i Renaudot Prefat. 5. tom. Perpetuit. fidei Gallicæ.

k Vide & Dialog. cont. Manich. pag. 72. nov. edit.

l Damasc. l. 2. de Fide Orthodox. c. 29.

Græci recentiores eandem & doctrinam & loquendi rationem, quam veteres Ecclesiæ suæ Patres, servant; æquè tamen abhorrent ab erroribus Pelagianorum, & Semipelagianorum, quemadmodum deinde & à Lutheranorum, & Calvinistarum de gratiâ & prædestinatione. Vix Jeremias Patriarcha CP. certior factus est, quid Lutheranani de justificatione, libero hominum arbitrio, cæterisque ad eam rem in Concilio Tridentino damnatis erroribus sentirent, actutum damnatos geminis responsionibus suis refutavit (m). Eadem censurâ inusta est doctrina Cyrilli Lucaris, planè Calvinistis consentanea; censurâ, inquam, inusta est in Concilio C. PP. An. 1638. & 1642. ac deinde in Concilio Jerosolymitano A. 1672. Syrigus dogma illud Lucaris fuisse refutaverat, cujus Operis vernaculis literis traditi impressio à Dositheo Patriarcha Jerosolymitano curata, satis probat, quanto omnium favore & approbatione Opus idem exciperetur.

m Vide Renaudot. Perpetuit. Fidei in 5. tomum Prefat.

Fatemur quidem, novissimos hosce Græcos Scriptores minus castigatè loqui, quam Theologos Nostros Latinos & Controversiarum Scriptores. Sed ab Authoribus Scholasticæ exercitationi insuetis, atque disputationum nostrarum planè rudibus, quis satis castigatum aliquid in ea re expectet? Si quid autem scribentibus adversus Occidentales Hæreticos minus certum exitur, nunquam tamen eò venerunt, ut in errorem aliquem receptæ in Ecclesia doctrinæ planè adversum incidere. Indulgendum est aliquid Theologis alterius lingue, qui sibi alteram, quam quæ apud

nos obtinet, scribendi methodum proponunt.

Emergente jam in occidente Pelagianâ hæresi, post initum quintum Ecclesiæ sæculum, summus erat in dogmate de prædestinatione Græcos inter & Latinos consensus. Uno omnium suffragio rejiciebatur error Origenis, autumantis, Deum homines prædestinare reprobareque merito operum, quæ in altera vita præcessissent. Arbitrabantur autem Orthodoxi Patres, Dei præscientiæ exposita fuisse futura hominum merita, quibus inspectis, prædestinationis & reprobationis decreta prodirent (n); persuasum habebant decretis illis nihil derogari nostræ libertati; merita verò hominum Dei largientis dona atque gratiarum in nobis & per nos germina esse; tandem hominem, originalis criminis corruptione, nihil meriti in censu suo habere; nihil in bonum (supernaturale intellige) posse, nisi supernaturali Dei ope præventum atque succitum.

Pelagio (o) adversa omnia aridebant, contententi, Deum eos maxime elegisse, quos bono libertatis usu electione dignos futuros prænoverat, quare non effectus sanctos decreto suo, sed jam effectus sanctos prævidit. Latens hæreseos hujus virus omne detexit S. Augustinus; nec sanè error latuit in ambiguo. ex quo Hæresiarchæ illi docendum succurrit, hominem satis in se virtum habere, quod nullo adjutus gratiæ auxilio bonum præstaret, & malum; quin & gratiam, bonum ex propriis viribus agent, homini tanquam meritorum præmium, dari. S. Augustinus, cæterique ejusdem ætatis Episcopi defendebant, prædestinationis ad gloriam beneficium gratuito Dei largientis privilegio donari; addebant cum eodem Augustino (p): Hæc est prædestinatio Sanctorum, nihil aliud: præscientia scilicet, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur.

Semipelagiani utramque improbant sententiam, Pelagii nempe de prædestinatione, & S. Augustini de eadem ipsa prædestinatione systema, maluissent silentium tantum mysterium premi: De his taceri exigunt, quorum altitudinem nullus attingerit (q). Cum autem S. Augustini rationibus urgerentur, Obstationem suam vetustate defendebant; & ea qua de Epistola Apostoli Pauli ad Romanos scribentis ad manifestationem divina gratiæ prævenientis electorum merita proferuntur, à nullo unquam Ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nunc sentitur, affirmant. Fatēbantur, nihil se apud Veteres quod satis quadraret, invenisse. Cum verò mentem suam promere cogentur, ita rem totam exponēbant: Nostram non præcivisse Deum nisi fidem, qua credere incipimus, & ideo nos elegisse ante mundi constitutionem, ac prædestinasse, ut etiam sancti & immaculati gratiâ atque opere ejus essemus. Vide S. Augustinum de Prædest. SS. cap. 19.

Sciscitatur à S. Augustino S. Prosperi Epist. sup. cit. quid reponendum objectioni à Veterum consensu deductæ; una enim om-

n Vide Hilar. in Psal. 118. p. 339. n. 10. 11. Epist. 345. n. 8. Ambros. l. 3. de Fide c. 6. n. 83. Hilar. Diac. in Rom. 9. 11. 12. 13. Hieron. in Ezech. 2. in Jerom. 27. in Epist. ad Paulin. o Aug. l. de Prædest. SS. c. 18.

p Aug. de Domino Persever. c. 14. n. 35.

q Vide Prosper. Epist. ad Augustin. inter Augustinianas 225. num. 3. & 8.

omnes sententiā tenebant, decretum sive prædeterminationem Dei ipsam esse ejus præscientiam, qua finem uniuscujusque prævidet, & sub ipso gratis adjutorio, in qua futurus esset voluntate, & actione prævidet. Respondet Augustinus de Prædest. SS. cap. 14. num. 27. frustra eā de re veterum Scriptorum volumina excuti; cum enim serō rem totam discutere nullā necessitate adigerentur, quemadmodum post exortam Pelagianam hæresim factum est, leviori brachio, & veluti per transitum argumentum libarunt; in id omnes intenti, ut suorum temporum hæreses refutarent: quamquam, addit ille, Ecclesiæ doctrina servabatur in exhibitis Deo precibus; nunquam enim postulasent ab ipso, ut quæ maximè juberet, ipse largiretur, nisi Dei opem ad id præstandum necessariam esse autmassent.

r Ibid. c. 3. n. 7.

Agnoscit idem S. Doctor (r), se, antequam rem plenius excuteret, in eo cum pluribus aliis errore versatum, fidem nempe non Dei beneficio præstari, sed nostris in nobis parari viribus; ejus verò merito necessarias dari nobis vires, ut pietatem & justitiam colamus. In eo tamen, quem ad Simplicianum Archiepiscopum Mediolanensem scripsit, Librum, paulo post in initum Episcopatum suum, ab errore tandem se respuit: Hoc Apostolico præcipue testimonio (Quid habes, quod non accepisti?) etiam me ipsum fuisse convictum, cum de hac re aliter saperem; quam mihi Deus in hac re solvenda, cum ad Episcopum Simplicium, sicut dixi, scriberem, revelavit (s). Aded autem de ejus sententiæ veritate persuadebatur, ut tanquam Ecclesiæ fidem (t) illam traderet: Hoc scio, neminem contra istam prædeterminationem, quam secundum Scripturas sanctas defendimus, nisi errando, disputare potuisse (u).

s Ibid. c. 4. n. 8.

t Aug. de Do. no Persev. c. 23. n. 65.

u Idem de Do. no Persev. c. 19. n. 48.

Pelagius & Celestius toto Occidente damnati, Romæ, in Galliis, in Africa, in ultimis tandem Britannias sese recipientes, dogmatum suorum virus ibi sparserunt. Cum autem caveret ab illis nemo, totam illico Insulam perniciosi dogmatibus suis infestavit. Savientii jam malo prompto remedio occurrere Celestius Papa, & Concilium quoddam Gallicanum eò deputarunt An. 429. S. Lupum Episcopum Trecentem; & S. Germanum Episcopum Alostodorensem. Nec improspere successu; brevi enim Britannia universa ad sanam doctrinam rediit; & cum non diu post in pristinas errorum Pelagianorum tenebras recidissent, iterum eò missus S. Germanus Alostodorenensis, & Severus Trecentis pristinam Ecclesiæ pacem lucemque veritatis restituerunt.

x In Jo. tract. 105. n. 8. & tract. 74. n. 3. Et Oper. imperf. cont. Julian. c. 11. pag. 951.

Toto inde Occidente Pelagianorum reliquæ depulse, penes Nestorium Archiepiscopum C. P. tutum invenerunt effugium, quippe cui eorum de prædeterminatione error arrideret; docebat enim Jesum Christum operum suorum præmio divinitatem sibi promeruisse; eum vicissim Ecclesiæ & S. Augustinus (x) docerent, Jesum Christum ideam esse & exemplar prædeterminatorum, in eo videlicet, quod gratuita ef-

set prædeterminatione donatus. Hinc scitè S. Prosper (y) eandem ipsam Nestorianam hæresim matrem & filiam Pelagianæ appellat; filiam, quod post Pelagianam prodierit, matrem verò, quod in Jesu Christo gratiæ authore gratiam subvertat; docentem bonorum operum merito, veluti præmium, gratiam sibi Christum promeruisse. Nihil tamen juvantis Pelagianis Nestorii autoritas valuit; quin & utriusque Hæretici errores Concilium Generale Ephesinum damnavit (z).

Semipelagiani in speciem quidem Pelagianis modestiores, majori tamen perversitate errores suos defenderunt. Quin & læpius post S. Augustini obitum caput relevarunt, hoc semper systema de prædeterminatione & reprobatione obtrudentes. Decebant itaque, hominem propriis arbitrii viribus & nullo prevenientis gratiæ auxilio solum credere & salutem velle posse (a); quod perniciosissimum erat illius hæresis dogma, unde virus in cetera spargebatur. Addebant, post jacta ea veluti prima salutis semina ab homine, Deum nunquam desistere, quin gratiâ suâ illa foveat. Præter hæc, prædeterminationem & reprobationem veluti necessarias consecutiones deduci à præscientia Dei, bona sive mala prævidentis, quæ ab homine præstanda sunt, vel præstarentur, si viveret. Quartò tandem docebant, gratiam aliunde efficacitatem habere, quam à se ipsa; quod enim à Deo in homines redundat auxilium, ita ejusdem hominis dispositioni atque libertati subditi, ut eo pro libito utatur rejiciaturque.

S. Augustinus sub exitu vitæ suæ Hæreticos illos refutavit in Libris de Prædeterminatione SS. & de Dono Perseverantiæ; atque ipso demum fatis functo, S. Prosper eandem provinciam aggressus est. Cum A. 433. novi cicerentur Semipelagianorum tumultus in Galliis, S. Prosper altero anno in lucem produxit Opus suum Contra Colatorem, nempe contra Cassianum, quem refutandum suscepit. Faustus Episcopus Rhegenis & Gennadius, junctâ simul operâ, novare pro Semipelagianis res ceperunt An. 482. sed validis adversariorum conatibus oppressi sunt. S. Cæsarius Arelatensis, & Fulgentius Ruspensis omnium primas inter eosdem adversarios tenebant. Libri Faustii, Cassiani, & Arnobii censurâ instructi sunt in Concilio Romano sub Gelasio An. 494. Cum Faustii errores ad Orientis usque plagas penetrassent, Scythæ quidam Monachi, literis ad S. Fulgentium in Insula Sardinie relegatum, eâ de re miserunt: quibus S. Doctor suo & cæterorum unâ secum exulantium Episcoporum nomine, rescripsit, probare se eorum sententiam, quam consentaneam Augustinianæ agnoscebant. Novo deinde ad illos scripto anno 521. Faustii errores plenius refutavit; quod pariter Opus exules in Sardinia Episcopi coactâ Synodo probarunt. Concilium Aurelianense anni 519. eosdem Semipelagianorum errores damnavit; qua ejus sententiâ toti controversiæ finis impositus est. Concilii decretum confirmavit Bonifacius II. Papa, adversus privatorum quorum-

y Epitaph. Nestoriana. lues successu Pelagianæ. Quæ tamen est utero progenerata meo. Infelix misera genitrix & filia nata. Prodivi ex ipso germine, quod peperit. Concil. Ephe. act. 6. sess. 2. Vide Bini notas to 3. pag. 1204. edit. Labb. a Vide Epistolam S. Prosperi ad Augustinum, & Hilarii Monachi ad eundem, ordine 225. & 226. in nova Edit. S. Augustini. Vide etiam Carmen De Ingratis, & S. Augustini de Prædest. SS.

mundam & Episcoporum etiam obtreccionem; atque pax tandem hæc Papæ literis composita est.

Nihil agendum arbitror in præsentia de Prædeterminationum hæresi, quibus hanc appingit errorem Liber Prædeterminati, à Simondo publici juris factus; nimirum bona opera frustra à Fidelibus præstari, cum omnia à prædeterminatione & reprobatione hominum pendeant. Quæ enim de Hæreticis illis feruntur, mera esse commenta doctissimi quidam Critici suspicari sunt, rati Prædeterminationum nomine traduci à Semipelagianis quinti sæculi S. Augustini Discipulos, assignent illis per summam impudentiam præposteras illas consecutiones, quas deduxisse se à principiis S. Doctoris arbitrabantur. Quando verò Hæreticos illos reapse admitteremus, non semel refutati sunt sparsim inter Opera S. Augustini, & Discipulorum ipsius, qui Semipelagianorum cavillis responderunt.

Quæta omnia, quantum ad prædeterminationem, in Ecclesia manserunt, post Concilium Aurelianense anno 529. spatio 300. circiter annorum, quousque nono vertente sæculo turbæ de prædeterminatione & gratiâ excitatae sunt, occasione Gothescalchi, viri natione Germani & Monachi Orbacensis in Sueffonensi Diocesi. Cum ille assiduâ Patrum & maxime S. Augustini lectione se se exerceret, atque plures ejusdem S. Doctoris sententiâ memoria mandasset, curiosus aliquantò, quam par erat, nonnullas de Theologia quæstiones excutiendas suscepit, quemadmodum Lupus Ferrariensis Episc. 30. Circa an. 846. sub Sergio Pontifice Romanum iter aggressus est; cum redux, aliquantò temporis spatio apud Comitum Eberardum subsisteret, in familiaribus colloquiis quædam de prædeterminatione viro exciderant, Nothingo Episcopo Vefonensi minus probata. Quare cum Episcopus post aliquod temporis in Germaniam venisset, rem totam cum Rabano Archiepiscopo Moguntino contulit; communi que consilio sanxerunt, ut Rabanus scripto Opere Monachum refutandum susceperet. Fidem suam Germanus liberavit, scripto in Epistola modum ad Nothingum adversus Gothescalchum Libro (c). Datâ insuper ad Comitum Eberardum literis, monuit (d), Monachum illum docere, Deum prædeterminationis suæ decreto necessitatem hominibus imponere; ut quicumque maxime vellet salutem consequi, atque ejus rei gratiâ Fidei & bonorum operum exercitio laboraret, ageret ille frustra, siquidem prædeterminatus non esset ad vitam: quibus dogmatibus suis plures in ultimis desperationes induxisset; reputasse enim eos, quid sibi laborandum esset pro salute sua, cum nihil omnino sint omnia, nisi prædeterminationis decretum divinitus datum est; præstando autem malo illud commodi ex ea sententiâ accedere, ut nihil supplicii timeretur, si prædeterminatus fuisset impius ad vitam.

e Vide apud Sirmond. pag. 1312. d Idemp. 1342.

Errorem illum refutandum aggreditur Rabanus autoritate SS. Augustini, Prosperi atque cæterorum Patrum. Fatetur il-

le quidem, de prædeterminatione dogma in Sacra Scriptura constitutum; constitutum tamen eo sensu, nimirum omnes à statu gratiæ primi hominis lapsu excidentibus, quam illi gratiam totâ aternitate parasset & prædestinasset. Addit, plures quidem de damnationis & criminis originalis statu relevatos, damnari merito criminum post Baptismum admissorum; quæ Deus præscientiâ suâ perpetranda ab illis liberè & nullâ ad illis necessitate norat. Defendit tandem, Dei prædeterminantis sive reprobantis decreto nihil in homine immutari, nullamque mortalibus imponi agendi necessitatem. Si quos verò, ait, Deus à massa corruptionis educit, eos gratuita misericordiâ tanto beneficio donat; quos verò in pristino miseriam statu relinquit, illos non nisi post prævisa eorum crimina, liberâ singulorum voluntate committenda, ad aterna supplicia destinat.

Gothescalchus rem sibi esse intelligens cum adversario, eruditionis famâ celebratissimo, ex Italia Moguntiam profectus circa annum 848. Rabanum convenit, mentem illi suam explicaturus. Scriptum exhibuit, Episcopo, cujus quædam supersunt fragmenta; in eo verò ejusdem Episcopi sententiam arguit in dogmate de prædeterminatione ad malum, de voluntate Jesu Christi salvandi omnes homines, ac de libero hominis arbitrio. Ferunt, Rabanum eo Scripto accepto prodire in scenam noluisse; quippe qui cum pars esset, & accusati rei que locum teneret, inter iudices Gothescalchi minus recipi potuisset. Concilium igitur Moguntia coactum est circa mensem Octobris anno 848. quò ad causam suam dicendam vocatus Gothescalchus, Scriptum protulit, in quo doctrinam suam luculenter explicans, defendebat, duas distinguendas esse prædeterminationes, alteram nempe Electorum ad gloriam, alteram impiorum ad pœnam; & quemadmodum Deus ante mundi constitutionem immutabili decreto suo plures ad aternam vitam gratuita misericordiâ prædestinaverat; ita pariter sancto & inviolabili decreto impios propter ipsorum mala merita ad supplicia & mortem aternam destinasse.

Accusabat Monachum Rabanus, quasi defendentem prædeterminari à Deo homines ad aterna supplicia, pravis eorum operibus; nec pravis neque speclatis. Fatebatur ipse quidem, nosse Deum quicumque criminibus tenerentur, & quos criminum suorum merito aternâ morte puniendos statuerat; nolebat autem totam hanc cœconomiam, prædeterminationis ad mortem nomine appellari, metu ne fortè prædeterminare ad peccatum Deus crederetur. Gothescalchus, perversitatis resistebat, contendens, geminas distinguendas esse prædeterminationes, ad mortem nempe & ad vitam. Conveniebant utrinque, prædeterminationem ad vitam gratuita Dei largientis miseratione præstari; Deum nempe à massa corruptionis quos maxime voluerit, fecernere, secretisque parare gratias & consequendæ salutis auxilia necessaria; sicut vi-